



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/313759>

THESES JURIDICAE INAUGURALES.



THESES  
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

HENRICI EGBERTI VINKE,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

*Pro Gradu Doctoratus*

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIerno HONORIBUS ac PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

ANTONIUS JACOBUS GUILIELMUS FARNCOMBE SANDERS,

*Medemelicensis.*

A. D. XXX. M. SEPTEMBRIS A. MDCCCLIV, HORA II.

---

Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUIJFF.

MDCCCLIV.

---

TYPIS MANDAVERUNT

L. E. BOSCH ET FILIUS ET VIDUA P. MUNTENDAM ET FILIUS.

## THESES.

---

### I.

Inter legem 42 D. de evict. et l. 82 § 4 de Leg. I pugna non est.

### II.

In Ulp. ff. Tit. III § 1 corruptam lectionem exhibet contextus: *ex Scto vulgo quae sit ter enixa*; nec placent conjecturae Schultingii: *veluti quae*; Hugonis: *vulgo quaesitum ter*; Bluntschlii, *virgo quae*. Legendum conjicio: *ex Scto Fulvio, quae sit ter enixa*.

III.

Fallit regula, plures ejusdem rei depositarios in solidum teneri.

IV.

Servum fugitivum quamquam possideamus, non tamen per eum possessionem acquirimus.

V.

In l. 1 D. de stip. praet. ultima § 6 verba in sequentis § finem transponenda videntur.

VI.

Instrumentis dotalibus clausula de liberorum, qui nascituri sunt, religiosa institutione non recte inseritur.

VII.

Rei venditae et traditae dominium jure nostro ad emptorem transit; nec obstat art. 1191 C. C.

VIII.

Cum altero ex duobus reis transigendo contra

alterum jus suum non amittit creditor; ita tamen ut ab illo ultra pecuniae summam, de qua in transactione convenit, nihil petere possit si duobus inter se regressus competit.

IX.

In art. 1725 C. C. vocabulum *voorwaarde* de modo accipiendum est, non de conditione.

X.

Ut rem usucapiamus, cujus possessionem per procuratorem nacti sumus, etiam jure nostro bona fides eo tempore nostra requiritur, quo de acquisita possessione certiores facti sumus; neque ante id tempus ignorantes usucapimus.

XI.

Contra Curiae Supremae decisiones in causis, quas laudat art. 89 legis de ordine judiciorum, revisionis remedium concedendum non puto.

XII.

Arrestum conservatorium imponi potest ob debitum cujus dies nondum venit.



XIII.

Creditoribus, ex art. 554 Cod. de rat. proc. non rite ad pretii distributionem vocatis, nullum remedium contra judicis decretum superest, sed actione in eum qui eos citare omiserit contenti esse debent.

XIV.

Verbis abuti mihi videntur, qui de procuratore judiciali veluti de domino litis loquuntur.

XV.

Jure nostro commissionarius committenti suo nomina eorum, quibuscum contraxit, declarare tenetur.

XVI.

Ex art. 587 Cod. Merc. foenoris nautici debitor integram pecuniae debitae summam solvere tenetur, etiamsi antea sine ejus culpa res pignolata damno affecta sit.

XVII.

Non assentior commentatoribus V Amstelaedamensibus, ad art. 266 Cod. Merc. perhibentibus nego-

tiorum gestorem assecurationis impensas a domino repetere non posse.

### XVIII.

Transgressio art. 318 Cod. cont. rat. proc. in causis crimin. puniri non potest, nec ex art. 121 et 127 2<sup>o</sup> nedum ex art. 129 C. P.

### XIX.

In decoctorem poenalis actio non competit, nisi a civili iudice decoctor declaratus fuerit.

### XX.

Dolendum est novam legem de puniendis maleficiis non distinxisse inter incendium nocte et die commissum, quae distinctio imprimis in aedium incendio, sive habitatae sint sive inhabitatae, magni momenti videtur.

### XXI.

Prudentius egisse arbitror Ictos Romanos qui de jure puniendi non multum philosophati sint, quam recentiores qui juris illius causam indagare tentarint.

1905788

XXII.

Recte Cl. Puchta, Gewohnheitsrecht, I, p. 142, dixisse videtur: „Man sollte von einer Völker oder Staatenmoral, nicht von einem Völkerrecht sprechen.“

XXIII.

Civis nostri, qui in aliam civitatem transit, uxor et liberi civitatem non mutant.

XXIV.

Contractus de rebus vitalitiis usus non omnino improbandus mihi videtur. In patria moribus non ita commendari videtur atque oporteat.

